

695.4

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA  
GRAVISSIMO <sup>DE</sup> LVIS VENEREAE  
SYMPTOMATE,  
TORTVRA NOCTVRNA.

QVAM  
ANNVENTE  
GRATIOSO MEDICORVM ORDINE  
IN PERANTIQVA HIERANA,  
SVB PRÆSIDIO

DN. D. ANDREAE ELIAE  
BÜCHNERI,

SAC. CÆS. MAJEST. CONSILIAR. ARCHIAT. ET COMIT. PALAT. S. R. I. NOBILIS,  
ACAD. IMPERIAL. NAT. CVRIOSOR. PRÆSID. CHTM. PROF. PVBL. ET FACVLT.  
MED. ADSESS. ORDINAR. NEC NON REG. BEROLIN. SOCIET.  
SCIENT. SODALIS,

PATRONI, PRAECEPTORIS ET PROMOTORIS SVI  
DEVENERANDI,

PRO GRADV DOCTORIS  
SVMMISQVE IN ARTE SALVTARI HONORIBVS  
ET IMMVNITATIBVS  
LEGITIME IMPETRANDIS,  
AD DIEM XVIII. SEPTEMBR. ANNI M DCC XLIV.  
H. L. Q. C.

SOLENNI ERVDITORVM EXAMINI SUBMITTIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
JACOBVS FRIDERICVS FRANCK,  
ERFURTENSIS.

ERFORDIAE,  
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

Monk. p. 2791.

<sup>n</sup> Syphilis.

Mb. suo 2791



athol. spec.

45, 18

CONFUSIONE  
INTER VITAM ET MORTEM  
HIC TIBI MELIORA VITA  
MELIORA VITA.

V I R O  
PRAENOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO,  
EXPERIENTISSIMO DOCTIS-  
SIMOQVE  
D O M I N O  
JOANNI HIERONYMO  
KNIPHOFIO,  
HVJATIS CIVITATIS MED. DOCTORI ET PRACTICO  
CELEBERRIMO, INSTITVT. MEDIC. PROFESSORI PV-  
BLICO ORDINARIO, FACVLT. MED. ADSESSORI EX-  
TRAORDINARIO, ET S. R. I. ACAD. NAT. CVRIOS.  
COLLEGAE GRAVISSIMO,

MAECENATI, PATRONO,  
PRAECEPTORI  
AD  
CINERES VSQVE PIE COLENDO,

HANC  
DISSERTATIONEM IN AVGVRalem,  
BENEFICIORVM  
TAM INNIMERORVM ERGO,  
TANQVAM PVBLICAM GRATAE MENTIS  
TESSERAM,

OFFERT ET OFFERRE DEBVIT

*Aeditissimus scrvus,*  
JACOBVS FRIDERICVS FRANCK.



Q. D. B. V.

§. I.

**S**uosdam dolores venereos, sævissimos  
ac fere intolerabiles, Torturam noctur-  
nam significare, eosque inter sympto-  
mata Luis Venereæ gravissima merito referri, nemo,  
qui historiam ipsius hujus morbi notam atque perspe-  
ctam habet, inficias ibit. Propterea ergo dolores hosce  
venereos in præsentiarum specialius considerare, eo-  
rundemque gravitatem perlustrare in Specimine hoc  
inaugurali mecum constitui, utque idcirco conatibus  
hisce faveat L. B. erroresque forsitan occurrentes te-  
nuitati ingenii mei indulgeat, enixe rogito & con-  
tendo.

S. II.

In syphiliticorum corporibus, natura, gradu, loco  
que diversi dolores, acuti, atroces, scilicet gravativi,  
tensivi, pungitivi, pulsatorii, lacinantes, noctu & in  
lepto, dum corpora substragulis incaluerunt, praesertim

sævientes, deprehenduntur. Hi ratione capitis modo illud quoad omnes suas partes occupant, & tunc *capitis gravitas*, s. *καρπαξία* vocantur; modo caput in certo spatio, & tunc *Clavus*, aut *ovum* nominantur; modo latiorem capitis partem ac plerumque dimidiam, & tunc eis nomen imponitur *Hemicrania*; modo in capite obsident meninges, & designantur *Cephalæa* & *Cephalalgia* gravativa, pulsativa, pungitiva, mordicans: Ratione artuum modo partes musculosas membranaceasque, & *rheumaticorum*; modo vero ligamenta tendinesque, qui articulos ambiunt, & *arthriticorum*; modo demum musculos articulosque simul occupant, & *rheumatico-arthriticorum dolorum* referunt naturam. Nec minus occurunt dolores venerei, qui noctu etiam ut plurimum vehementiores evadunt, & similitudinem fovent cum doloribus ischiadicis, quibus partes ossi Ischio adsitæ totaque coxendix externa; itemque cum dolore, *Lumbago* dicto, quo lumbi, & eorum musculi discruciantur. Item se adsociant dolores osteocopi, quibus ossa ipsamet torquentur, ac si frangerentur ac terebra perfoderentur.

## §. III.

Ex his vero omnibus nulli dolores merentur *Torturæ nocturnæ* titulum, quam qui caput & artus infestant, atque juxta modo adducta, si in capite occurunt, gravitas capitis, seu *καρπαξία*, clavus & ovum, hemicrania, cephalæa, seu cephalalgia; in artubus autem rheumatici, arthritici, rheumatico-arthritici, & osteocopi salutantur.

## §. IV.

Non sine ratione in §. II. dixi, dolores artuum refer-

referre naturam dolorum rheumaticorum, arthriticorum, ne nimirum hi confundantur cum doloribus mitioribus, simul tamen anxiis, qui in tota tibia sub vesperam oberrando, ad irrequietam pedum jagationem vel invitos sollicitant ægros; neque cum rheumatismo, & doloribus arthriticis a causa simplici dependentibus; neque cum doloribus scorbuticis, per artus vagantibus, misceantur, nam omnes ejusmodi dolores inter se quam maxime differunt: Dolores, quos Galli vulgo *des inquietudes* vocant, in eo, quod in lecto cessent & sopiantur; venerei autem artuum dolores noctu sævitiam in lecto præprimis exerceant: Rheumatismus, & dolores arthritici a causa simplici dependentes in eo, quod die & noctu, sæpeque de die magis sæviant, remedii facilius mitigentur, nec admodum diu durant, cum venerei noctu ut plurimum magis sæviant, & diurno tempore mitiores sint, nec prius, quam usu mercurialium, tanquam medicamentorum heroicorum, tollantur: Dolores scorbutici per artus vagantes in eo differunt, quod signis a Lue venerea plane alienis & Scorbuto propriis indicentur; è contrario autem modo dicti artuum dolores alia signa congeneris naturæ, hoc est, Lui venereæ propria, coniuncta habeant. Differentia dolorum osteocporum venereorum, & osteocporum febre quartana laborantes affligerunt, in eo est posita, quod hi magis gravativi & ossa quasi fidentes; illi vero non solum ita pariter comparati, sed & simul rodentes ac terebrantes sint; interim simul in genere quoque notandum est, quod dolores osteocopi, a quacunque causa illi fiant, ad Luem vene-

venereum ita peculiariter pertineant, ut quotiescumque  
diutius, pertinacius, atrocius discruciant, toties Luem  
venereum certam, perfectam, confirmatam apertissime  
demonstrent. Non minus quoque dolores capitis ve-  
nerei aliis ejusdem nominis pertinaciores ac graviores  
deprehenduntur.

## §. V.

Si conjectura valet, videntur dolores in §. III. de-  
scripti hanc ob causam sub *Torturæ nocturnæ* titulo  
indicari, quia per experientiam syphiliticos tortura si-  
mili, cui delinquentes in foro criminali confessionis er-  
go subjiciuntur, crudelissime adficiunt, & in specie, quia  
syphiliticorum artus æque, ac hoc vel istud torturæ ge-  
nus delinquentium artus, solent excruciare.

## §. VI.

Quocunque omnium alicujus morbi sympto-  
matum existit causa, id etiam est ejusdem morbi totius  
causa, & vice versa: Quocunque alicujus morbi cau-  
sa præbet, id etiam est omnium ejusdem morbi  
symptomatum causa. Cum itaque morbi, quem Luem  
venereum vocamus, cujusque hi dolores sunt symptomata  
cum aliis gravissimum, (§. I. III.) omnium Practico-  
rum & experientiæ quotidianæ consensu, causa sit  
miasma venereum, per contagium intus suscepsum;  
hinc sequitur necessario, quod hoc miasma venereum,  
ita per contagium suscepsum, etiam dolorum vene-  
reorum, Torturam nocturnam constituentum, (§. III.)  
quatenus sunt Luis venereæ symptomata, causam con-  
stituant.

## §. VII.

## §. VII.

Dolorum sævissimorum ac fere intolerabilium, sub titulo Torturæ nocturnæ venientium, nomine, sede, subiecto, tempore, causa, (§. I. II. III. IV. VI.) recentis, nunc mihi videtur idea Torturæ nocturnæ generalior sequens esse clara atque distincta: *Tortura nocturna consistit in sævissimis ac fere intolerabilibus doloribus venereis, in capite & artubus obviis, syphiliticos ut plurimum noctu iruculenter divexantibus, & à miasmate venereo, per contagium intus suscepto, originem ducentibus.*

## §. VIII.

Dolor sibi relictus nihil aliud est, quam tristis sensatio, dependens a nimia tensione fibrarum corporis nostri, in primis nervearum sentientium. Hinc mihi audit dolor sævissimus ac fere intolerabilis, sensatio tristis adeo excessiva, ut ægri animum quasi despondeant, dependens ab excessiva fibrarum corporis nostri, in primis nervearum sentientium, tensione.

## §. IX.

Quod igitur dolores venerei (§. III.) in capite & artubus obvii, sint ejusmodi sævissimi ac fere intolerabiles, mihi sequentes persuadent rationes: I) Quia adeo copiose occurruunt, ut fere omnium possibilium confluxum constituant; II) quia syphiliticis, quibus opus esset, ut somno vires reficerent, omnem nocturnam quietem adimunt ac præripiunt, adeoque necessariam virium restitutionem impediunt: Remittentibus enim capitis doloribus, sæviunt quam maxime artuum dolores, his remittentibus, iterum capitis dolores, sive que alternative per noctem usque ad solis ortum exa-

B

cerban-

cerbantur; III) quia ipsæ sensationes hoc testantur: nam ~~καρποπλα~~ s. gravitate totius capitis irruente, sensatio se habet haud secus, ac si totum caput ob gravitatem insignem sustineri vix posset; clavo & ovo, haud secus ac si clavus per totum caput transfixus in eo hæreret, aut glaciei frustulum in spatio oviformi capiti esset impositum; gravitate capitis, latiorem & dimidiā ejus partem occupante, sive sub Hemicrania, haud secus ægris apparet, ac si gravissimum pondus in alterutro latere caput versus terram deprimiceret; Cephalæa, seu Cephalalgia gravissima, haud secus ac si pondus quoddam caput intrinsecus premeret, cum malleis pulsaretur, acus & cultri pungerent discinderentque, aut vermes morderent; doloribus rheumaticis, haud secus ac si quid tendens, pulsans, calensque in musculis latitaret, acus pungerent, & artus moveri haud possent; doloribus arthriticis, haud secus, ac si artus tortura quadam crudelissima tenderentur, clavis atque cultris perfoderentur; arthritico-rheumaticis, haud secus ac si jam dicta simul atque conjunctim concurrerent; doloribus osteocopis, haud secus ac si ossa frangerentur, aut terebra perforarentur. IV) Quia sedem habent in sensibilioribus corporis partibus, e. gr. in membranis muscularum tam capitis, quam artuum, membranis nerveis, ligamenta tendinesque cingentibus, pericranio ac periostis, & tanto magis, cum sedem etiam posuerint in meningibus, cerebrum involventibus, ubi ob nervorum principium ac præsentiam animæ, (teste experientia) quamlibet tensionem nimiam sensatio excelsiva tristis, seu dolor severissimus, debet sequi.

§. X.

## §. X.

Quod tensio fibrarum corporis nostri, in primis nervearum sentientium, excessiva, tristem sensationem adeo vehementem efficiat, ut ægri animum quasi desponteant, exemplo tensionis nimiæ, tristem sensationem excitantis, videre licet. Nam ejusmodi fibrarum corporis nostri tensiones inter se tantummodo differunt ut majus & minus.

## §. XI.

Quomodo itaque tensio nimia fibrarum corporis nostri, in primis nervearum sentientium, tristem sensationem producat, breviter hoc modo concipiendum videtur: Si fibræ nerveæ sentientes, seu sentientes nervi ipsi, nimis tenduntur, fit spirituum affluxus major, exinde eorundem major motus versus cerebrum, hinc major, sive tristis sensatio.

## §. XII.

Qua ratione vero per tensionem nimiam fibrarum nervearum sentientium, affluxus spirituum animalium evadat major, est res altioris indaginis, quæ non prius apodictice demonstrabitur, quam nervorum subtilissimam structuram oculorum acie naturali maiore perspexerimus.

## §. XIII.

Placet heic quandam hypothesin ex Dissertatione Illustris Joannis Adolphi WEDELII, 1730. Jenæ habita, de Irritatione, mutuare, & ad thesin jam dictam ex analogia quadam applicare. Definit enim Illustris hic Vir irritationem sequentibus verbis: *Irritatio est concitatio affluxus majoris spirituum animalium ad musculos, quo con-*

B 2

tradi-

traditio horum, nolente volente anima, præstatur, a solutione  
continui fibrarum nervearum, affluxui huic ad musculos vel  
immediate, vel per consensum inservientium, dependens. Hinc,  
ut istum affluxum majorem spirituum ad musculos,  
demonstraret, in hæc verba §. XVIII. desinit: Satis qui-  
dem certum est, solutionem continui affluxum spirituum effi-  
cere majorem, quanam autem ratione id præster, nondum con-  
stat, adeoque quantum fieri potest investigandum. Hoc indu-  
bitatum est, cum affluxus hic per nervos in musculos insertos  
fiat, eundem majorem fieri non posse, nisi vel per hos majore  
celeritate spiritus animales accedant, quam ex musculo re-  
deunt, vel minore celeritate ex musculo redeant, quam acce-  
dunt; æquali enim celeritate si accedant, qua etiam discedunt,  
minime in musculo major eorundem collectio vel accumulatio  
fieri potest. Quorsum (§. XIX. & XX.) spiritus animales  
ex musculis iterum abeant, maximum dubium est, unde etiam  
quidam existimant, eosdem tunc evanescere quasi & dissipari,  
vel in sanguinis, vel in lymphæ vasa revehentia ibidem eosdem  
penetrare. Nobis autem valde verosimile videtur, subtilissi-  
mas has partes iidem per fibrillas nerveas ad cerebrum re-  
duci & sic fibras nerveas arteriosas & venosas dari, quarum  
illæ liquidum hoc nerveum ad partes vebunt, hæ autem iterum  
revehunt, & uti illæ ex arteriolis partis corticosæ cerebri  
recipiunt spiritus animales, ita hæ in venulas illis responden-  
tes eosdem iterum deponunt. Ad hanc conjecturam ipsa  
consideratio solutionis continui, irritationem efficientis, nos  
ducit. In omni solutione continui cum adsit fibrarum ten-  
sio, fibræ tensæ autem intermedia spatiola coarctentur, fluidi  
per hæc spatiola transitus impeditur, & hoc loco spirituum ani-  
malium; adeoque per transitum spirituum hoc loco impeditum  
ma-

major eorundem affluxus ad musculum citatur. Quodsi autem hoc contingere in fibrillis nerveis, spiritus advehentibus, effectus hic consequi non posset, nam necessario adfluxus minueretur, cum remora accedentibus objecta sit. Igitur in his fibris nerveis, quia exinde non imminutio, sed augmentatio affluxus apparei, non tam affluxus, quam refluxus spirituum fieri videtur. Refluxus autem spirituum impeditus affluxum facit majorem, adeoque explicari ita posset, quomodo solutio continui fibrarum nervearum adfluxum majorem ad musculos præstaret.

#### §. XIV.

Proinde ex iisdem rationibus, quas Illustris WEDELIVS adduxit, mihi itidem verosimile videtur, dari fibrillas nerveas sentientes æque arteriosas, ac venosas, seu liquidum nerveum advehentes & revehentes, sicuti dantur fibrillæ nerveæ moventes, liquidum nerveum advehentes & revehentes; hinc per tensionem nimiam æque interstitia porosque horum vasorum revehentium, ac eorundem motui destinatarum fibrillarum coartari, ut inde quoque transitus spirituum impediatur & ipsorum copia augeatur, sicque itidem per tensionem nimiam, in fibris nerveis sentientibus, affluxum spirituum fieri majorem. Vel dicendum esset, licet cum minori probabilitate, quod fibris nerveis sentientibus nimis tensis, vasa spiritus secernentia, arteriolæ inquam partis cerebri corticosæ, nimis irritentur, indeque acceleretur secretio spirituum, & eo ipso tanta copia eorum secernatur, ut in nervis non tam cito se distribuere valeant, quam quidem in eos delati erant, unde sibi invicem in progressu essent impedimento

B 3

mento

mento & in nervis se accumularent; adeoque sic contingaret spirituum per tensionem nimiam major affluxus.

### §. XV.

Per miasma venereum, per contagium intus susceptum, intelligo illud venenum venereum, quod ex corpore Lue venerea infecto in aliud sanum transit & ibidem humores eadem Lue inquinavit.

### §. XVI.

In hujus vero veneni venerei indole atque natura perscrutanda multos peritos Medicos haetenus occupatos fuisse, multasque circa ejus investigationem difficultates observasse, abunde jam constat. Alii putant, venenum venereum esse mere acidæ naturæ, alii mere alcalico - corrosivæ, alii, qui dubii hærent, quid dicere debeant, saltem declarant, illud specificæ esse acrimoniæ. Illustris b. m. Frid. HOFFMANNVS, cuius meritorum in Medicina memoriam posteritas alet & ipsæ æternitas tuebitur, non solum quemlibet arguit hujusmodi difficultatis, dum inter alia ita scribit in *Med.rat.syst.* T. IV. p. V. Cap. 10. *Et profecto si meam interponere licet sententiam, equidem sollicitum hoc scrutamen supervacaneum esse arbitror.* Nam plura sunt in rerum natura, tenuissimæ indolis, admodumque parvæ molis, quorum infima natura ac crasis, & ab hac immediate dependens vis agendi, miroisque effectus in sensus incurrentes producendi, captum nostrum & intelligentiam plane superant; sed & sententiam suam de veneni venerei indole atque natura, loco citato p. 152. manifestat sequentibus verbis: *Ne tamen omnia ad hanc rem pertinentia silentio pretermittere videar, non abs re foro*

con-

confido; si meam de ejusmodi venenis penetrantioribus, mole  
quidem tenuissimis, sed virtute activissimis, sententiam decla-  
rem. Sufficienti itaque ratione inductus, longaque experien-  
tia confirmatus adsero, veneni contagiosi indolem in tenuissimo  
fluido sulphureo, sive phlogisto & aethereo & fermentativo prin-  
cipio confistere, quod ulterius diffusum reliquos corporis hu-  
mani succos eadem labe contaminat. Et sane plura sunt mo-  
menta, ex quibus hanc proprietatem conjecturis non ineptis  
licet colligere. Nam primo exploratissima inter Physicos &  
que ac Medicos res est, fluidum sulphureo-aethereum, seu oleo-  
sum, si ullum aliud, stupenda ratione posse dividi, dissipari &  
multiplicari; sicut in corporibus eodem instructis, ut Zibetho,  
Moscho, ipsoque sulphuris fumo videre licet, quorum minima  
tanum molecula ita potest diffundi, ut innumeris aliis cor-  
poribus eundem odorem imprimat. Deinde, si ad virus re-  
spicimus venereum, hoc ita est comparatum, ut per plures men-  
ses, imo annos occultum latere possit, antequam perniciem  
corpori intendat: quod certe fieri non posset, si aliis effet na-  
ture, sanguinique & lymphae inhereret, quoniam in his circu-  
latione continua perfacile explicaretur. Rectius itaque esse  
statuitur sulphurea & oleosa natura fermentum, quod pin-  
guedini involutum difficiliter extricatur, nec tam prompte  
cum aliis succis commiscetur. Confirmat hanc meam conjectu-  
ram ipsa contagii propagatio. Sive enim per cutis poros  
contagiosa labes cum corpore sano communicetur, certe non  
aliunde, nisi in humorem pinguem, sub cute latentem infun-  
ditur; sive per impurum concubitum inferatur, perinde mem-  
branis pudendorum pinguisculis, vel seminali lymphae, que  
similiter partibus constat oleosis, insinuatur, donec tandem m-e-  
diantibus his succis, ceu pinguis vehiculo, ad lympham & san-  
guinem

guinem advebitur, totamque humorum massam inquinat, inficit, contaminat. Reliqua argumenta illustris hujus Viri, quæ pro sua sententia stabilienda adducit, brevitas ergo jam non prosequar; sunt enim illa partim desumpta ab analogis miasmatibus, e. g. pestilentiali, variolofo, morbillofo, petechiali; partim ab experientia, quæ docet, quod effectus venerei per putredinam humorum corruptionem se prodant, manifesto indicio, principium quoddam sulphureæ indolis, pinguedini insidens, causæ loco subesse, in primis cum jam notum sit, quod pingua corpora longe facilius, quam alia, in putredinem ruant; partim quoque ab auctoritate b. BOERHAAVII, similiter sententis de veneno venereo, in Diatriba de Lue venerea.

### §. XVIII.

Meam autem qualemcumque quod attinet sententiam, probabiliter saltem judico, venenum venereum neque esse mere acidæ, neque alcalico-corrosivæ naturæ, neque fermentum mere sulphureæ ac oleofæ indolis, pinguedine involutum; sed tale potius esse fermentum, quod non solum constat ex falinis alcalicis partibus, sed & quod abundat partibus acido-tartareo-austero-sulphureis, cum putredinosis per se talibus commixtis, adeoque esse illud fermentum atrabilario-putredinosum. Nam ita concipere licet congeriem tumorum, ulcerum, inflammationum & dolorum intensissimorum, hosque inter etiam illos, qui mihi §. III. sub titulo *Torturæ nocturnæ* veniunt. Si enim venenum venereum esset mere acidæ naturæ, unde quæso derivari possent ejus tam graves effectus putre-

putredinosi præprimis in partibus ex carne & pinguedine conflatis, panniculo nempe adiposo & carnosio, quorum exempla præbent in his partibus ulcera illa maligna ad ossa usque serpentia, dum acidum putredini potius resistere, quam eam intendere solet? Si esset alcalico-corrosivæ indolis, ejus effectus essent quidem resolutorii, quin imo fusorii cum humorum maxima putredine, sed neutiquam adeo coagulatorii, ut id demonstrant exempla tumorum, tuberculorum, toporum, gummatum & bubonum sub axillis & in inguine, quæ crassam atque tartaream continent materiam. Si venenum venereum esset fermentum mere sulphureæ ac oleosæ naturæ, pinguedini involutum, ratio quidem illa pateret, cur istud per plures menses, imo annos occultum latere possit, antequam perniciem corpori inferat, quemadmodum etiam, si oleosæ & sulphureæ hujus veneni particulæ in corporibus humanis cum alcali liberato combinarentur, inde facile paterent effusus putredinosi; sed consequentia illa nequaquam mihi sufficere videtur: Potest venenum venereum per plures menses, imo annos in corpore latitare; ergo est fermentum mere oleosæ ac sulphureæ naturæ. Potest quidem esse sulphureæ ac oleosæ naturæ, sed & simul cum aliis partibus conjunctum, & quidem juxta meam probabilem tantum sententiam, cum acidis, fœis, austeris, Thino-alcalicis & putredinosis per se talibus, quæ haud impediunt, quo minus illud per plures menses, imo annos occultum maneat, antequam perniciem corpori inferat: Quatenus enim acidum prædominatur, putredo in illis partibus pinguibus, cum quibus

C

per

per contagium primitus communicatur, per satis longum tempus potest compesci, & quatenus etiam pinguedini commiscetur eaque involvitur, per eam omnis illa acrimonia cum reliquis partibus obtusa & obvifcata diu ibidem potest hærere, donec mediante motu intestino sui juris facta ipsos invadat humores. Effectus etiam non solum, uti jam dixi, in Lue venerea sunt putredinosi, sed & iisdem contrarii, nempe coagulatorii. Huc accedit, quod, si venenum venereum esset mere sulphureæ ac oleofæ naturæ, nulla plane, uti mihi quidem videtur, suppetat ratio sufficiens, cur istud non æque possit oriri ex corporibus Peste, variolis, morbillis & petechiis infectis, sicuti oritur ex corporibus Lue venerea contaminatis, adeoque cur non æque prædictos hosce morbos induxit, quemadmodum Luem venereum, morbum ab his plane alienum, excitavit, siquidem, uti b. HOFFMANNVS ipse fatetur, miasmatum, pestilentialis, variolosi, morbillosi, petechialis, materia similiter est putridæ sulphureæ indolis & quæ diu potest viscositati pinguedinosæ involuta, tanquam in latibulo hærere, donec aliquando a compedibus suis liberata in motum fermentationis multiplicativum ab aliis causis deducatur, succisque vitalibus eandem labem inferat.

### §. XIX.

Hanc sententiam, quod venenum venereum sit fermentum atrabilario-putredinosum, etiam ejusdem origo satis exacte demonstrat atque confirmat.

### §. XX.

Ex historia originis hujus mali patet, illud in India occi-

occidentali semper endemum, ac eo demum tempore in Europam delatum, perque singularejus regiones disseminatum fuisse, quum *Christophorus COLYMBVS* Insulam Hispaniolam cum ceteris Insulis Antillis anno 1492. detexit, unde dein, per contagium sub coitu cum foeminis impuris suscepit, primo fuit in Hispania, tum vero in Italia & Gallia, & tandem in ipsa Germania propagatum. Dum autem venenum hocce venereum virulentiam suam primo in genitalibus exserit, atque sub concubitu, praeter liquorem vaginalem foeminarum, lubricandæ alias vaginæ uteri destinatum, nihil plane ad virorum externas partes genitales pertingit; sequitur omnino exinde, quod iste vaginalis liquor contagium istud primo foveat & ad illud producendum & suscipiendum aptissimus sit.

### §. XXI.

Talis ergo vaginalis humor facillime ita virulentus redditur, non solum ex nimio veneris usu, ad quem Indi in primis maxime proclives sunt, juxta relationem *Joann. Petri MAFFEJI, Histor. Ind. 1. lib. I. p. 38* sed & ex abusu esculentorum dulcium, quæ acido-sulphureum principium recondunt, itemque farinaceorum, auiterrorum, acrum, putredinosorum & potulentorum admodum dulcium. Huc in primis refero peculiares illas radices, *Paratas* dictas, farinam tritici Indici, quod *Mayz* dicitur, *Cassiam*, varios fructus horæos, quos sylvæ suggerunt, vermes, araneas, serpentes, vespertilio-nes, aliaque hujus generis inquinamenta, quibus quidam illorum delectantur; porro condimentum illud acre, quod *Yraca* vocant, confectum ex radicibus & foliis Ari,

C 2

quod

quod caulis Caribarum dicitur, surculis Patatarum, Manibū cum larga copia Capsici sive Piperis Indici, quo indigenæ cetera cibaria intingebant, Lacertum illum amphibium, *Ivana* vel *Igana* dictum, saporis quidem gratissimi, sed cuius usu dolores venereos præsentes augeri, aut male sopitos tam vehementer recrudescere observatum fuit a *Gonjalvo Fernandez ab OVIEDO Hist. Ind. lib. 13. cap. 3.* ut crediderit inde *LISTERVS, Exercit. de Lue venerea*, morbum hunc ab indigenis ideo conceptum fuisse, quod Lacerto, seu ut ille ait, serpente illo vescerentur. Hæc omnia producunt cacochymiam atra-bilariam ex Veterum sententia, id est, talem intemperiem M. S. cum corruptione conjunctam, ubi in parte rubicunda eminent partes Θinæ, acres atque sulphureæ volatiles æque, ac fixæ, & in paucō sero acidæ, austeræ, Feæ. Accedit dein quoque temperamentum Indorum ut plurimum calidum biliosum, ubi serofæ partes deficiunt, aër itidem calidus, serum in eorum corporibus dissipans; nec non sopor ille gravis, quem Indi, Tabaci fumum peculiari instrumento in nares fortiter attrahendo, concitant, ut humi dein tanquam semi mortui procumbant, unde, ob spiritus sulphure Tabaci narcoticō obaibilatos, omnium vasorum motus admodum debiles redduntur, indeque humorum major visciditas & major simul acrimonia oritur. Proinde etiam Indi utriusque sexus, quotiescumque concubitum exercent, omnes humores suos, propter atrabilem putredinemque jam admodum viscidos, corrosivos atque putredinosos, nimium commovent, eoque ipso, serum & spiritus magis magisque dissipando &

san-

sanguinem exagitando, illos adhuc viscidiores, magis que corrosivos & putredinosiores reddunt, ut hinc in fœminis humor ille vaginalis a similibus aliis humoribus, præprimis circa uterum hærentibus & collectis, ulterius inquietur & in majorem fermentativum motum deducatur, hacque ratione procul prima Luis venereæ fundamenta in talibus corporibus posuerit, atque postmodum simile miasma ulterius quoque per concubitum disseminaverit & propagaverit.

### §. XXII.

Explanata ergo sic prima origine miasmatis venerei, cum superius §. XVIII. indicaverim, illud ratione indolis suæ atrabilario-putredinosæ maxime probabilem suppeditare causam sœvissimorum istorum dolorum, quos sub titulo Torturæ nocturnæ comprehendimus, dispiciendum ac demonstrandum nunc ulterius erit, quanam ratione idem illud tales dolores inducere & excitare valeat, ut ita nunc ad scopum nostrum proximus accedamus.

### §. XXIII.

Quemadmodum venenum venereum juxta datam in §. XXI. rationem probabilem humores Indorum utriusque sexus, tanquam fermentum atrabilario-putredinosum, quam maxime viscidos, corrosivos atque putredinosos reddidit, eoque ipso Lues venerea primo inter illos orta fuit; nihil obstat, quo minus idem hoc venenum sub nomine miasmatis venerei adhuc semper quodcumque corpus penetret, humores tanquam fermentum atrabilario-putredinosum æque admodum viscidos, corrosivos atque putredinosos reddat,

C 3

atque

atque cum Lue venerea ejus symptoma gravissimum, dolores nempe saevissimos ac fere intolerabiles, in capite & artibus præprimis obvios, Torturæ nocturnæ titulo insignitos, producat.

### §. XXIV.

Si ergo sanguis summe viscidus in toto capite stagnat & hæret, oritur inde totius capitis gravitas sive *næguæcia*; Si lympha, qua viscida corrosiva, a sanguine dimissa, in pericranio stagnat, & in parte quadam crani<sup>i</sup> erosionem excitat, atque exostosin, vel cariem inducit, aut in pericranio nœdum quendam format; si porro sanguis in meningis quadam parte stagnando erodendoque tubercula aut pustulas producit, aut extra aut intra cranium aliquo loco in pus abiens, apostema produxit, tunc oriuntur dolores, clavum & ovum constituentes. Si sanguis stagnans latiorem capitis partem ac plerumque dimidiam obsidet, oritur Hemicrania; si arteriæ meningum, sanguine isto viscido corrosivo turgidæ, cerebrum subiectum dilatatione premunt, vel pulsu validiore membranas quatiant; si, acriore isto sero effuso, meninges dolorifice, i. e. cum erosione stimulentur, oritur Cephalæa, seu Cephalalgia gravativa, pulsativa, pungitiva & morsicans. Si mucago muscularis æque viscida, corrosiva, putredinosa in receptaculis suis hæret, sicque grandinosos tumores format, tunc, cohíbito & retardato sanguinis fluxu, dolores oriuntur tensivi, pulsatiles, illo autem successive resoluto & magis fluxili reddito, acres pungitivi cum calore quidem, sed sine inflammatione, i. e. rheumatici; pari quoque modo, si synovia æque viscida & corrosiva in glandulis

Havc-

Haverianis stagnat, & hæ glandulæ inflantur & coërcito sanguinis fluxu inflammantur, oriuntur dolores admodum tensivi, pulsatiles, cum articuli calore, rubore & inflammatione, & quando synovia, per stafin acrior facta sicque dein resoluta, in juncturas libere penetrat & ligamenta irritat, tunc acres pungitivi cum calore quidem, plerumque tamen sine tumore & manifesta inflammatione, i.e. arthritici; hi vero effectus si tam a mucagine musculari, quam a synovia vitiata inducti, concurrunt, oriuntur dolores rheumatico-arthritici. Si periostium à propria sua ibidem hærente lympha inflatur & præcipiti sanguinis affluxu inflammatur, insimulque ab eadem effluente lympha, sed acriore, irritatur & eroditur; nec non, si ab osse subtus in exostosin celeriter succrescente periostium vi distenditur, oriuntur dolores tensivi, pungitivi, pulsatiles, cum calore summo, itemque acres & pungitivi cum calore minus urente, terebrantes, seu ita dicti dolores osteocopi.

### §. XXV.

Dolorum venereorum, Torturam nocturnam constituentium, subiectum esse syphiliticos, aut homines Lue venerea correptos, huc usque indicavi; unde nihil amplius nunc mihi videtur monendum, quam quod iidem dolores ratione individuorum variam monstrant sævitiam, prout variat ratione individuorum ipsa Lues venerea. Quemadmodum igitur infantes, pueri, senes, cholerici, pituitosi, minusque bene valentes, partim ob magnam imbecillitatem, partim ob humorum majorem acrimoniam, partim ob illorum visciditatem, Luem venereum gravius experiuntur, quam juvenes, viri

viri sanguinei beneque valentes; ita etiam priora illa subiecta gravius semper ac vehementius a prædiis hisce doloribus torquentur. Sicuti quoque porro ratione sexus fœminæ, licet viris sint imbecilliores, non tam graviter hac Lue corripiuntur, quamdiu menstruum tributum solvunt, sicuti viri; ita fœminæ, ob faciliorem humorum atrabilario-putredinosorum per fluxum mensium imminutionem, minorem dictorum dolorum sævitiam experiuntur, quam quidem viri.

§. XXVI.

Cur autem dolores isti, in §. III. recensiti, noctu utplurimum sœviant & rarius de die, ratio mihi videtur triplex subesse, 1) quia syphilitici, si corporis motum adhuc suscipere possunt, atque diurno tempore illum re vera instituunt, humores suos viscidos, corrosivos, medicamentorum resolventium & diluentium usu magis magisque resolvunt, insimulque se- & excretiones promovendo copiam illorum, tanquam causam dictorum dolorum mediatam, quam maxime immittunt; dum vero nocturno tempore quieti student, ex virium penuria contingit, ut talium humorum motus iterum tardior evadat, sicque ob denuo auctam visciditatem stases ingravescant & simul ob acrimoniam magis collectam dolores vehementiores reddantur. Huc accedit lecti calor, humorum motum intestinum augens, & acrimonium istam magis per artus diffundens. 2) Quia syphilitici diurni medicamentorum tuis pertæsi, noctu eundem tanto magis negligunt, sicque augmento horum dolorum occasionem præbent. 3) Quia de die solatiis auctantium erecti, noctu vero eo-

eodem destituti, animum despondent & ad dictorum dolorum sævitiam magis attendunt.

### §. XXVII.

Quoniam vero modo dicti dolores venerei & Lues venerea pari passu ambulant, hinc illi admittent curationem juxta illum gradum, in quo Lues venerea est constituta. Quemadmodum igitur gradus luis venereæ primus curationem admittit facilem, secundus difficiliorem, & tertius, tanquam summus, difficillimam, aut plane nullam; ita dolores dicti facile difficilius & difficillime, aut plane non tolluntur, itemque facile aut difficulter ratione individuorum, prout hoc vel istud individuum in §. XXV. adductum, majorem aut minorem hujus mali & simul talium dolorum vim experitur. Taceo jam periculum ex summa virium prostratione metuendum, quemadmodum etiam communiter quo major horum dolorum est sævitia, eo major subest metus deliriorum, quin imo indicia tunc plerumque illa præbet vel cariei, vel tabis, vel etiam hereticæ venereæ subsecuturæ.

### §. XXVIII.

Quoniam ex dyscrasia humorum maxime feroſo-lymphaticorum, a miasmate venereo per contagium intus suscepto orta, ceu e fonte omnia Luis venereæ symptomata, sique dolores venerei, torturam nocturnam constituentes, tanquam symptomata gravissimum provenerunt; hinc ad tollendos hos dolores sequentes potissimum indicationes formandæ sunt: 1) Ut tota corruptorum humorum massa ex universo corpore & minimis ejus vasculis & recessibus per omnia emun-

D

etoria

etoria expellatur, & 2) irritans restitantis forsitan aliqui  
jus portionis effectus, anodynus & paregoricis tol-  
latur.

### §. XXIX.

Prima indicatio duobus modis potissimum obti-  
netur, nempe vel per largiorem, paulloque diutius  
continuatum sudorem, vel per copiosum, debito tem-  
pore excitatum, salivæ profluviūm.

### §. XXX.

Quod priorem curandi methodum attinet, quæ  
per sudorifera absolvitur, hoc loco notandum est, quod  
inter remedia sudorem•pellentia in primis huic scopo  
apta sint ea, quæ non tantum meatus cutis excretorios  
aperiunt, humoresque viscidos diluunt atque resolvunt,  
sed maxime etiam, motum vasorum cordis & glandula-  
rum systalticum augendo, efficiunt, ut humores ibi sta-  
gnantes valde tenaces & corrupti in motum cieantur  
& ex minimis vasculis & recessibus excutiantur. Ad  
hanc ergo classem pertinent sequentia, quæ specifica  
pollent virtute, Lignum nempe & cortex Guajaci, ra-  
dices Chinæ & Sarsiparillæ, lignum & cortex Sassafras  
&c. sub forma decoctorum usurpata. Primum tamen  
inter hæc obtinet locum lignum & cortex Guajaci,  
cum quo ipsi etiam Americani curationem hujus mor-  
bi instituunt optimeque absolvunt, quoniam illud sub-  
tili quodam acri & resinoso gaudet principio, quale  
omnino requiritur ad solidorum irritationem excitan-  
dam. Hoc principium enim demonstrat Essentia cum  
vRtissimo fato parata, quæ cum dimidia spiritus pri-  
parte mixta, calidoque cum vehiculo exhibita sudorem  
effi-

efficaciter movet; non minus etiam decoctio hujus ligni & corticis idem hoc probat, quæ simul longe frequentioris & tutioris usus est, si cum aqua ita instituitur, ut ejus uncia in tribus vñ libris medicis per horæ spatiū decoquatur, siquidem hac ratione subtilis resinosa & balsamica extrahitur portio, crassiori resinæ substantia relata, & si decoctio ad siccitatem leni evaporatione continuatur, tunc pulverem relinquit fusci coloris & saporis Opopobalsamo similis, acrimoniæ tam penetrantis, ut vel dimidii grani portio intra nares suscepta, vehementem movendo sternutationem, mucositatem ex narium sanguibus potenter, sine incommodo excutiat.

### §. XXXI.

Commode autem tale decoctum Guajaci, descripto hoc modo paratum, pro circumstantiarum ratione ad mensem unum, duos vel tres mane in lecto, lenem postea sudorem expectando, cum felici eventu calide adsumitur. Nonnulli etiam, ad nimiam humorum visciditatem tanto melius dissolvendam, idem decoctum cum balneo laconico, quod cum spiritu vini accenso paratur, in usum trahere suadent, neque ideo taxandi videntur, si modo debitam cautionem juitamque circumspectionem adhibeant.

### §. XXXII.

Quia idem hoc Guajaci decoctum tenerioribus, magisque macilentis & sensibilioris constitutionis subjectis, ob majorem, quem in humoribus excitat, motum & ebullitionem, haud admodum conducit, imo magis adhuc obest, hinc præferenda esse judico deco-

D 2

cta,

ta, ex lignis & radicibus temperatoribus parata, cuius generis sunt radices Sarsaparillæ, Chinæ, lignum Saffras, & ex nostris regionibus lignum Juniperinum, rad. Cichorii, Saponariæ, Bardanæ, Glyzirrhizæ, & alia, quæ dein, pro obtainenda meliori extractione, oleo  $\frac{1}{2}$  p. d. possunt imbui. Vel ad præstantiorem effectum obtainendum addi potest Antimonium crudum in petia ligatum, sub decoctione, atque tunc eadem species tam pro decocto saturationi, mane bibendo, quam pro dilutiori, loco potus ordinarii hauriendo, inserviunt, ita tamen, ut, si hic finis intenditur, in triplo majori  $\Delta$ æ quantitate decoctio instituatur, additis pro re nata Passulis minoribus & suavioris conciliandi saporis gratia Cinnamomi pauxillo: e. gr.  $\frac{1}{2}$ . Ruræ ligni Gujacij  $\frac{1}{2}$ iv. Cort. huj. ligni  $\frac{1}{2}$ j. Rad. Sarsap. Chin. aa.  $\frac{1}{2}$ lb. Cichor. Glyzirrh. aa.  $\frac{1}{2}$ ij.  $\Theta$ is  $\frac{1}{2}$ i  $\frac{1}{2}$ b. C. C. D. S. Species, quarum  $\frac{1}{2}$ lb. cum  $\frac{1}{2}$ ij. tii crudi in petia ligati, in tribus aquæ mensuris coquenda, & facta colatura ter-tia mensuræ pars ad sudorem pellendum haurienda. Relictis a coctione speciebus, additisque Passularum minorum  $\frac{1}{2}$ ij. vel iij. aquæ tenuis affunde mensuras tres, fiat per horam decoctio in vase clauso; colat. D. S. pro potu ordinario. Vel si quis desiderat decoctum paullo temperatoris virtutis, sequens formula locum inveniet:  $\frac{1}{2}$ . Rad. Sarsap.  $\frac{1}{2}$ lb. Chin. Scorz. aa.  $\frac{1}{2}$ iv. Cichor. Glyzirrh. aa.  $\frac{1}{2}$ ij. Cort. lign. Safffr.  $\frac{1}{2}$ i.  $\Theta$ is  $\frac{1}{2}$ i  $\frac{1}{2}$ ij. Cum eadem specierum & aquæ quantitate, sicut in priori, instituatur decoctio.

### §. XXXIII.

Hæc decocta, quando solida cum fluidis jam jam  
qua-

quadantenus sunt inquinata, ut eorum efficacia augeatur, combinanda etiam sunt cum medicamentis efficacioribus. Hoc autem optime perficitur cum medicamentis ex regno minerali petitis, mercurialis vel tialis prosopae, observata debita dosi, e. g. Æthiops mineralis, sulphur  $\frac{1}{2}$  ii auratum ultimæ præcipitationis, sumtum ad tria vel quatuor grana, TRa  $\frac{1}{2}$  ii acris gtt. XX-XXX. pulveres, ex duabus partibus cerussæ  $\frac{1}{2}$  ii, & una parte  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$  ii confecti.

### §. XXXIV.

Proinde quoque simul observandum est, quod non prius curatio talis per sudorifera suscipi debeat, quam corpus ad hanc fuerit præparatum, urgente nempe plethora, convenientem sanguinis quantitatem detrahendo, & primas vias, vitiosorum humorum saburra oppletas, eliminatione per alvum abinde liberando. Huic scopo favent in primis Gummata resinosi, tanquam appropriata, e. gr. Gummi ammoniacum, Sagapenum, Opopanax, Galbanum &c. cum Extra $\ddot{\text{e}}$ to Rhabarbari, Hellebori nigri & Mercurio dulci roborata, mediante Essentia ligni Guajaci, vel balsami Peruviani, in formam Pilularum redacta & pro dosi ad 3*oz*. exhibita. Peragitur purgatio cum hisce Pilulis ter vel quater alternis diebus, probe simul observando leges diæticæ, quarum ratio in eo præcipue continetur, ut vi<sup>ctu</sup> exquisito tenui ægri utentes, panem bis coctum, modicam carnis assatæ portionem cum Passulis exanicatis, & tenuiora carnis vitulinæ & gallinarum juscula, cum Lactuca, Endivia, Asparago, Selleri, decocta assument; ceteroquin vero, quantum fieri potest, sibi

D 3

tem-

temperent, quo minus pinguis, carnibus elixis, piscibus, laeticiis & farinaceis multum inhærent.

### §. XXXV.

Ubi vero tanta adeat fluidorum ac solidorum corruptio, ut nec stricta diæta, nec curatio jam laudata per sudorifera huic eradicandæ sufficient, tunc utique ad alia majoris efficaciæ remedia, eaque heroica, nempe illa specifica ex argento vivo parata, tanquam ad sacram anchoram, confugiendum, quæ tenaces, viscidos, & in tubulis quasi coagulatos humores potenter resolvunt fluxilesque reddunt, & ad congruum emundatorium palati & glandulas salivales propulsos, ejiciunt & exterminant; Verbo, alter modus §. XXIX. adductus, per copiosum salivæ prosluvium est suscipiendus.

### §. XXXVI.

Quod Mercurius ita agat, ex ipsius agendi modo patebit sequenti: Mercurii particulæ in omnibus infra dicendis applicandi & assumendi modis obducuntur corpore quodam partibus nostri corporis specificè leviore, hinc ob superficiem mutatam adhærent partibus vasorum nostri corporis, & ex adhæsione penetrant in illud, sive per vasa excretoria in superficie cutis posita, sive per vasa laetea; a fluidis nostri corporis auferuntur particulæ ejusdem specificè leviores, particulas Mercurii cingentes, aliæ vero specificè paulo graviores, v. gr. salinæ, acres, acidæ, iis adhærent, & hinc serum a salibus coagulantibus fit liberum, fluxile & quasi fusum, seu resolutum; hanç fusionem ipse Mercurius salibus unitus, tam partes Æas, quibus adhæret resolvendo, quam vasa stimulando, auget: uti enim

enim salivæ, sic quoque Mercurii particulæ salinis junctæ, solutæ tenentur a sero, agunt cum eodem atque illam secernunt ē M. S. uti serum secernitur. Hæc secretio cum major sit in statu naturali in glandulis salivalibus oris, quam in reliquis corporis partibus, major quoque Mercurii quantitas salibus juncti intrabit glandulas oris, & cum majorem habeat massam, tardius in hisce angustissimis vasis, quam serum, ab eadem vi cordis & arteriarum movetur; obicem ergo ponit sero, unde vasa glandularum insigniter extenduntur, usque dum, ob vasa extensa & expansa atque serum fluxile redditum, ipse Mercurius unacum sero copiose admodum profluat.

### §. XXXVII.

Prostant autem varii modi, Mercurium pro salivatione adhibendi. Apud veteres olim triplici in forma præscribi solebat, unguenti nimirum, seu linimenti, Emplastri seu Cerati, & demum suffimigii. Linimenti seu unguenti basis erat Mercurius extintus, ea in quantitate, ut sextam vel octavam reliquorum ingredientium partem constitueret. Ne etiam vi frigida, qua pollere putabatur, nervis noceret, obstupefaciendo vel relaxando illos, adjiciebantur sexcenta alia, e numero calefacentium, attenuantium, discutientium, &c. ut axungiæ adipesve porci, anferis, ursi, &c. medullæ, bytyrumve, oleum chamæelinum, anethinum, laurinum, mastichinum, vulpinum, lumbricorum Vistrum, petroleum, Cyclamen, Aristolochia, Staphysagria, radices Zedoariæ, Enulæ, Eboli, Bryoniæ, Ireos Florentinæ, Pyrethri, Zingib. Bdellium, Euphorbium, Gumm.

Gumm. ammoniacum, Aloë, Styrax, Mastiche, Lithargyrum, Sulphur vivum, Tartarus ruber, cineres fatimentorum, Theriaca, &c. quæ singula diverso numero & dosi comminuta & commissa in formam linimenti aut unguenti subigebantur. Tali ergo Unguento aut linimento calide ad ignem illinebant artuum juncturas & ipsos artus usque ad axillas, imo quandoque corpus universum, abstinentia tantum a partibus, quas principales vocabant, nempe abdomine, thorace & capite; de reliquo vero inunctionem illam pluries iterando, donec manifesta imminerent ptyalismi indicia. Materies cerati, sive emplastri Mercurialis, eadem erat ac linimenti, hoc tantum cum discrimine, quod parcior esset axungiæ quantitas, cera vero suppleret, quod illius intuitu decedebat, ut ea ratione emplastro debita consistentia conciliaretur. Perquam celebre & usu maxime receptum olim fuit emplastrum a Joanne de VIGO descriptum, *Practicæ lib. 5 cap. 2.* Prostat id hodienum adhuc in omnibus Pharmacis sub nomine Emplasti de ranis Vigonis cum Mercurio, soletque in ejus præparatione ordinaria Mercurii quantitas pro lubitu ulterius augeri. Hoc emplasto, seu cerato, super alutam extenso, artuum juncturas, artus ipsos, totamque corporis superficiem obtegebant, exceptis, ut modo dictum est de linimento, ventre, thorace & capite, neque detrahebant illud nisi prima apparerent imminentis ptyalismi indicia. Suffitus ex simili parabantur materie, nempe ex Mercurio, salivâ aut Therebinthina extincto, vel Æri, quibus admiscebantur alia, quæ oleosa & pingui qualitate igni concipiendo fowendoque & fumo

fumo emittendo paria essent: Resinæ nempe, vel gum-  
mata, ut Thus, Mastiche, Olibanum, Myrrha, Styrax,  
gummi Benzoës, Oppanax, gummi Juniperi; porro  
aromatica, ut Nux moschata, Macis, &c. ligna pinguis,  
ut Aloës, Juniperi, Pini, Santalorum, &c. quæ singula  
pulverisabantur, vel cum mucilagine Tragacanthi for-  
mabantur in trochiscos, vel Therebinthina excipieban-  
tur in formam opiatæ. Quando iis utendum erat,  
ægrum plane nudum in balneo sic dicto laconico, stan-  
tem vel sedentem, collocabant, situm erat ad pedes cru-  
cibulum prunis carentibus repletum, cui per fene-  
stram, ad hunc usum adaptatam, aliquot trochisci vel  
tabellæ per vices imponebant, ita ut fumo exhalanti  
æger tamdiu totus exponeretur, donec sudor elicere-  
tur copiosus, nisi forsitan imminaret deliquii periculum.  
Postmodum ipsum in lectum calidum deferebant &  
stragulis tegebant, ut sudor uberior proliceretur, quem  
post horam unam aut alteram probe abstergebant, æ-  
groque dein conveniens alimentum præbebant, hæc-  
que singula dein per dies aliquot repetebant, donec  
ptyalismus appareret.

### §. XXXVIII.

In ipsis autem hisce methodis successu temporis  
multa fuerunt iniunctata, & ex parte plane reiecta. Sic  
jam dudum obsolevit usus obtegendi totum corpus  
emplastris ad ptyalismum provocandum, quoniam ni-  
mirum emplastra, viscositate sua poros cutis obducentia  
& obstruentia, transpirationem fere in toto corpore  
impediebant, eoque ipso simul efficiebant, ut humores  
viscido-acres in vasculis arterioso-lymphaticis, per su-

E

perfi-

perficiem excurrentibus, substiterint, & in toto corpore se accumulaverint, idque tanto magis, cum insuper quoque acria illa ingredientia, ab humido subtus collecto soluta, citem vehementer stimularent atque irritarent, ac ita, affluxum talium humorum viscido-acrium gravius versus peripheriam concitando, inflammationem quasi erysipelaceam unacum pustulis pruriginosis excitarent, maxima cum ægri molestia & symptomatum Luis venereæ incremento. Sic etiam jam diu usus suffimigiorum ad ptyalismum excitandum cessavit, quia ægri in laconico balneo, admodum calefacto & vaporibus acribus, præprimis sulphureo-mercurialibus, repleto commorantes, tam ob defectum refrigerii in pulmonibus, quam ob vapores illos acres, in aërem facile sese diffundentes & mediante respiratione attractos, saepius respirandi difficultatem animique deliquia patiuntur, vel etiam tussi sicca ferina, asthmate quasi convulsivo, capitis & artuum tremoribus, surditate, convolutionibus, imo & Apoplexia saepè lethali corripuntur, prout hoc testatur PARÆVS in *Chirurgia sua*, p. 542. Proinde etiam hæc suffimigia, sudores copiosissimos proliendo, vires ægrorum, admodum jam prostratas, adhuc magis consumunt, & humores a fontibus salivalibus divertendo, et si ægri exerto capite hæc suffimigia in laconico balneo sustinuerint, ptyalismum saepè reddunt plane inefficacem.

### §. XXXIX.

Celeberrimus D. SCHAAERSCHMIDIVS, in casibus pertinacioribus & statu magis rebelli hujus mali, usum suffimigiorum ad ptyalismum excitandum satis tutum & pro-

& proficuum fore existimat, dummodo Mercurius in  
iis sine acido adhibetur; ita enim scribit, in denen  
**Medicinischen und Chirurgischen Nachrichten**, P. II.  
pag. 231. seqq. Der Grund des Schadens, der von  
der Räucher-Cur entsteht, lieget hauptsächlich in dem  
acido, oder dem sauren Wesen, welches vermittelst  
des Räucherns, wenn man Zinnober oder einen Mer-  
curium præcipitatum dazu nimmt, aller gebrauchten  
Vorsicht ohnerachtet, in den Körper, und mithin in  
die Lunge gebracht wird. Die Säure sey nun ein  
acidum vitrioli, oder nitri, oder salis communis, so ist  
bekannt, wie feindselig, wie schädlich solches der Lunge  
sey. Zinnober bestehet aus Quecksilber und Schwefel;  
der Schwefel hat ein acidum vitriolicum bey sich,  
und ob dieses gleich in einer so festen Mischung mit de-  
nen übrigen Ingredientien vermischt ist, daß es sich so  
leicht nicht davon trennen läßt, und wir auch daher den  
Zinnober mit Nutzen einnehmen können, ohne uns zu  
befürchten, daß etwa das daben befindliche acidum in  
unsern Körper davon los gienge, und Schaden würck-  
te: so ist es doch eine ganz andere Beschaffenheit, wenn  
der Zinnober aufs Feuer kommt und verbrannt wird;  
denn das Feuer zerstöhret sogleich die allerfesteste Mi-  
schung derer Körper, und macht also auch bey der Räu-  
cher-Cur, daß das acidum allein in den Leib übergehet.  
Kan man denn aber das Quecksilber durchs Räuchern  
nicht in den Leib bringen, ohne daß von einem acido  
etwas damit verknüpft seyn sollte? Paræus und Blegny  
kommen einiger massen auf die rechte Spur; man hat  
aber einen andern weit sicherern Weg, da das blosse

E 2

Queck-

Quecksilber, ohne Zusatz vom Schwefel oder einem mineralischen acido, in ein Pulver gebracht, angezündet und zum Räuchern kan gebraucht werden. Es bestehtet dieses Pulver hauptsächlich aus blossem Quecksilber, welches mit Zucker und einem gummiate so lange gerieben wird, bis es die Gestalt eines Pulvers angenommen. Mit solchen Pulver wird der Patient, nachdem der ganze Leib mit einem Tuch behängt worden, geräuchert, und kan solches entweder täglich, oder um den andern Tag geschehen, nachdem man stärkere oder schwächere Personen vor sich hat, und die Salivation geschwind, oder langsamer erzwingen will. Man kan solches sicher brauchen: Denn zu geschweigen, daß kein acidum davon ist, und man also die davon zu erwartenden schlimmen Folgen nicht zu befürchten hat, so hat der Herr Hofrath Eler durch seine Erfahrung befunden, daß man sich dieses Mittels ohne Schaden bedienen könne. Hier aber will ich nur so viel erinnern, daß, wenn sich etwa jemand rühmen möchte, ein solches Pulver zu besitzen, so muß es nicht nach Schwefel riechen. Cum vero sub ejusmodi suffimigio Mercurius, et si vivus achibeatur, tamen, quatenus cum Saccharo commiscetur, hujus quoque acidum facile in consortium suum trahit, & quatenus sulphur carbonum per ignem deflagratur, cum acido hujus sulphuris facile combinatur, & sic pulmonibus omnino nocere potest, merito dubito de securo & prorsus innoxio horum suffimiorum effectu, siquidem etiam ipse celeerrimus ille Vir pariter id confirmat, in hæc verba desinens: Daß sie (die Räucher-Cur) aber den Körper stärker  
an-

angreiffe, als andere mercurial-Curen, kan man nicht läugnen. Und hieraus folget denn, daß man sie nicht bey allen Venerischen Krankheiten, oder bey allen Patienten ohne Unterscheid, brauchen könne, sondern nur in solchen Fällen, da man durch gelindere Wege entweder nichts ausgerichtet hat, oder schon vorher sieht, man werde nichts damit ausrichten.

## §. XL.

Sic ergo nunc methodus salivationem excitandi per unguentum mercuriale potissimum adhuc recepta est, absque omni tamen farragine calefacientium, incidentium, &c. ita quidem, ut unice illud conficiatur e.g. ex Mercurii vivi Therebinthina extinti ʒj. Ungu. de Althea, nervini, ana ʒvj. olei destillati Lavendulæ ʒ⁹. intime inter se mixtis.

## §. XLI.

Præferendam autem esse hancce methodum reliquis prioribus, facile quilibet vel exinde perspiciet, quoniam admodum temperatum est hoc unguentum, adeoque nec inflammationem & pustulas in cute excitat, uti Emplastra, nec etiam Mercurius vivus tanta symptomata tali ratione producit, quanta ab ejus usu in forma suffimigii pertimescenda sunt. Non minus etiam ista methodus præ altera hac laudem meretur, ubi per internum usum Mercurii dulcis, in formam pulveris redacti, cum anatica dosi ʒii diaph. & Lapid. 69 remixti, & cum Conserva Rosar. in jusculo avenaceo, vel infuso theeformi calido, exhibiti, ascendendo successive a granis quinque vel sex usque ad 3⁹. salivatio excitatur, quoniam semper facilior, promptior, imo

E. 3.

&amp; se-

& securior ab externo Mercurii usu expectanda & conservanda est operatio, quam quidem si interne ille exhibatur, ubi ad minimum cautum admodum & satis prudentem requirit artificem, qui periculosa alias facile pertimescenda symptomata debite præcavere & evitare novit.

### §. XLII.

Cum vero tanta humorum viscositas & corrosiva dyscrasia non solum Luis venereæ, sed in specie etiam dolorum sævissimorum ac fere intolerabilium, seu Torturæ nocturnæ causam mediate proximam constituat, hinc ut jam laudata methodus salivationem excitandi per modo dictum Unguentum mercuriale probe succedat, atque viscositas illa humorum per mercurium eo melius dissolvatur, simulque præcaveatur, ne Mercurius ob copiam Θium corrosivorum in corpore latitantum, indolem pariter corrosivam assumat, quoniam hac ratione pessima sequuntur symptomata, in primis autem capitis dolores atrocissimi, convulsiones, cruciatus abdominis, diarrhoea cruenta, vomitus ac deliria; merito dein corpus ægrotantis debite prius præparandum, eoque ipso simul præcavendum est, ne salivationi superveniant tumor ille capitis & colli stupendus, linguæ & faucium inflammationes, hæmorrhagia gingivarum & tandem partium oris profundissima exulceratio, cum dentium casu & carie maxillarum, aliaque plura pessimæ indolis symptomata.

### §. XLIII.

Præparatio hæc & methodus ipsa salivandi ad ductum b. TEICHMEYERI optime sic institui potest:

I) ex-

1) exhibetur aliquoties purgans, ex pulvere catholico Michaelis, vel extracto panchymagogo Crollii, paratum, vel etiam Pilulæ b. TEICHMEYERI purgantes, quarum compositio sequens est: & Extract. Fum. Helleb. nigr. aa. ʒ. Asari, Scamm. Frat. Resin. Gialapp. aa. ʒij. Gummi guttæ ʒij. M. F. Pilulæ pondere grani unius, Dos. No. xx. - xxv. 2) Dein paratur Decoctum Lignorum, quod omissis omnibus aliis potulentis, pro potu ordinario assumi & ex sequentibus speciebus componi potest: & Rad. Scorz. Bardanæ, Graminis, Cichorii, Scrophulariæ, Altheæ, Taraxaci, Chinæ, Sarsaparillæ, aa. ʒj. Hb. Veron. Hepat. nob. Agrim. Beton. Scabiosæ, Hederæ Vitis, Meliss. aa. Mj. Fl. Acaciæ, Mj. Borraginis, Melissæ, aa. pij. Lign. Sassafr. Guajaci, aa. ʒiv. Siliquar. dulc. ʒij. C. C. raspati ʒiſ. C. C. M. Harum specierum unciae duæ cum decem libris Væ decoquuntur, percolantur & quotidie calide vel tepide, pro lubitu, loco potus ordinarii sufficiens quantitas assumitur. Hora septima vel octava matutina & tertia vel quarta post meridiem, ad 50. vel 60. guttas sequens mixtura datur: & TRæ bezoard. Wed. Eff. Lign. dulc. Teichm. \*) balsami Copaiæ, cum TR. & acri parat. aa. ʒ. Eff. Succin. alcalicæ ʒvj. M. Hora decima matutina & octava vespertina exhibetur de pulvere Teichm. bezoardico, \*\*) mixto cum anatica quantitate magnesiæ albæ, ʒ. pro dosi, vel & Lapidum Cancrorum, Corall. rubr. ppt. & diaph. Pulv. Vip. Italic. Succin. præparati, Croci & tis aperit. c. & e vel limat. & tis subtiliss. aa. ʒj.

M. D.

\*) Descriptio ejus extat in b. Auctoris Institut. Chem. ration. pag. 255.

\*\*) Vid. l. c. ejusdem compositio.

M. D. 3j. vel 50. pro dosi. Absoluta sic viginti die-  
rum spatio tali præparatione, quæ constanter in loco  
calido instituenda est, cum quotidiano leni sudore, da-  
tur vicesimo primo die iterum purgans. Vicesimo  
secundo die Mercurius in usum vocatur, & quidem  
ita, ut mane prope fornacem adplicetur unguentum  
§. XL. descriptum, vesperi autem Pilulæ mercuriales  
6. vel 8. ad summum 10. ab ægrotante deglutiantur,  
sequentis formulæ: 2. # dulcis rite parat. 3j. Extract.  
Scorz. vel Fumar. Gummi Guajaci aa. 30. M. F. Pilu-  
læ pondere gr. i. Unguentum dividitur in octo par-  
tes æquales, totque pyxides replentur, ut quotidie una  
portio per inunctionem consumatur. Inunctionis ipsa  
fit in pedibus circa malleolos, circa genua, itemque  
circa carpum & flexuram cubiti. Aegrotus postquam  
digitis Mercurium, qui in Unguentis quandoque sub-  
sidere solet, in pyxide agitavit, & cum pinguibus exa-  
cte permiscuit, se ipsum inungit. Facta hac inunctioni-  
ne prope fornacem, partes inunctæ linteaminibus &  
fasciis calidis involvuntur & ægrotus postea statim ad  
lectum properat calidum, ubi quinto ut plurimum post  
primam inunctionem die indicia sese manifestant activi-  
tatis Mercurii, pomost dum octavo die ad parent inflam-  
mationes in partibus oris internis, seu circa gingivas,  
& decimo ac duodecimo ex ulcusculis ibidem prognati  
saliva profluit in majori minorive copia, pro diver-  
sa subjectorum constitutione.

## §. XLIV.

Curatio autem hæc per salivationem, nisi recte  
administretur, perquam facile funestum fortitur even-  
tum;

tum; hinc variæ omnino observandæ sunt cautelæ, tam ab initio, antequam illa suscipiatur, quam in progressu ejusdem. Antequam illa suscipitur, notandum est, ut I) si corpus fuerit cacochymicum & scorbuticum, hæc vitia oppugnantur, primas vias evacuando cum laxante mannato & rhabarbarino, bibendo serum lactis dulce cum succis herbarum antiscorbuticarum, Cochleariæ, Fumariæ, Beccabungæ, & Nasturtii aquatichi imprægnatum, vel etiam decoctum lignorum temperatus cum lacte mixtum per integri mensis decursum; & postea demum ad decocta lignorum sudorifera, vel etiam si necessitas urget, ad mercurialia deveniatur. II) Similis cautela adhibenda est in iis, qui ex viris ad affectiones spasmodico-hypochondriacas, ex fœminis ad passiones hystericas, sive ex utroque sexu ad effrenes sanguinis congestiones, ejusdemque excretiones per narres, hæmorrhoides & pulmones sunt dispositi, quibus omnibus sola salivatio nunquam conducit. III) Multo minus debet in illis suscipi, qui viscera qualicunque labe affecta habent, quia metus est, ne auctis inde obstructionibus lethalis eventus subsequatur. IV) In siccis & macilentioribus nequaquam suscipiatur, nisi prius humores fluxiles reddantur & fibræ rigidiores atque ad spasticas stricturas proclives relaxentur.

#### §. XLV.

Sub salivatione ipsa respicienda etiam sunt symptomata ordinarie eidem supervenientia, ut dentium vacillatio, a nimia gingivarum relaxatione proveniens, linguæ fauciumque intumescentia cum masticatione & deglutitione difficiili, appetitus prostratus, somnus ob-

F

sali-

salivæ fluxum, noctu etiam durantem, valde interru-  
ptus, & notabilis virium defectio; quæ omnia partim  
ab impetuosa salivæ profusione, validoque seru ab ex-  
tremis & inferioribus partibus ad fauces regurgitatio-  
ne, partim vero ab imminuto alvi & urinæ fluxu de-  
pendent. Quapropter, si nimium urget & vires plane  
destruit salivatio, humorum motum ad inferiora de-  
rivare juvat per pediluvia dextre adhibita, per clysteres,  
per laxantia, manna & rhabarbarina, vel si hæc non  
sufficiunt, per Pilulas balsamicas Beccheri, cum Extracto  
panchymagogo Crollii interdum acuatas, vel etiam  
per pulverem Rhabarbari cum Diagrydio sulphurato  
remixtum, & cum syrupo Cichorii c. Rhab. in electua-  
rii formam redactum, quod simul roborandis gingivis  
egregie inservit. Non minus etiam conducunt infusa  
theiformia, ex Veronica, Scabiosa, floribus Sambuci &  
Salviæ parata, crebriusque oblata, quia iisdem humo-  
rum motus ad extremam corporis superficiem dirigi-  
tur & saluberrima transpiratio egregie promovetur.  
Præter hæc etiam externis ulceribus prospiciendum  
est Gargarismatibus mellitis, illaque mundificanda sunt  
penicillis ex linteaminibus confectis, cum quibus syru-  
pi Mororum, Violatum, de Rosis siccis vel Mel rosa-  
tum abstergendi fine adplicari possunt. Prædicta au-  
tem Gargarismata ter quaterve de die cum siphone in  
os immittuntur, vel etiam saltem pro collutione adhi-  
beri, & sequenti modo parari possunt: *R. Rad. Bistort.*  
*Toment. Symph. Plantag. Altheæ. Glyzirrh. aa. ʒj.*  
*fol. Quercus Herb. Plantag. Veron. Bugul. Agrimon.*  
*Sanic. Matrifylv. Hed. Vitis Virgæ aureæ Flor. Hype-*  
*ric.*

ric. Salv. Rorismarin. Malv. arbor. Papav. errat. aa. Mj.  
lign. Saffafr. Guajaci aa. ʒij. Cort. Citr. -nt. Sem. Anisi  
aa. ʒi. Sem. Fraxini ʒij. C. C. M. coqu. cum s. q. aquæ  
fontanæ & huic decocto admisceatur Mel, vel Oxiatum,  
aut tabulatum, & Gargarismatis instar adhuc beatur.  
Ad nimiam vero gingivarum laxitatem dentiumque la-  
psum præcavendum, Essentia Væ Catechu, TRa Laccæ  
Mynsichti, vel balsamum vitæ Hoffm. aut Teichm.  
cum Syrupo Granatorum vel ontiorum mixtum, ex-  
terne egregiam præstant opem.

#### §. XLVI.

Evenit quoque sæpius, ut mercurialia scopo saliva-  
torio exhibita, dolores intestinorum vehementissimos  
excitent, pro quibus mitigandis optime conducunt the-  
riacalia, speciatim vero Theriaca cœlestis, cuius aliquot  
grana cum Emulsione amygd. dulcium & uncia dimi-  
dia Syrupi diacodii exhiberi possunt, siquidem etiam  
eiusmodi Emulsiones cum Vis temperantibus paratæ,  
& cum syrupo Papaveris albi edulcoratæ, in nimiis vi-  
giliis urgentibus optime conducunt.

#### §. XLVII.

Finita salivatione, æger ter vel quater purgetur  
Pilulis supra descriptis mercurialibus, & abstineat per  
aliquod adhuc tempus ab acribus, pinguibusque alimen-  
tis, itemque à nimia quorumlibet ciborum ingurgita-  
tione, quin potius modice tantum evpeptos & evchy-  
mos assumat, pro obtainenda laudabilium humorum  
restitutione. Non minus etiam finita salivatione mu-  
tanda sunt vestimenta & stragula, ne fomes venena-  
tus, forsitan nondum plenarie extictus & quasi in ci-

E 2

neri-

neribus adhuc latitans, novos postea tumultus excitare  
valeat.

### §. XLVIII.

Ut autem secundæ Indicationi etiam satisfiat, interne Decocta in §. XXXII. commendata, vel solum decoctum Sarsaparillæ, exhibere licet, conjunctis simul papaverinis, e. g. emulsionibus in §. XLVI. descriptis, vespertino tempore, ante novam dolorum exacerbationem adhibendis. Externe optime conducunt fomenta ex ligno Guajaci, Juniperi & hujus baccis, radice Sarsaparillæ, foliis Pulegii, Salviæ, Rorismarini, Persicariæ, paranda, quibus succedunt inunctiones cum oleo Scorpionum, Viperarum, præsertim lumbricorum & ranarum viridium, ipsaque pinguedine humana institutæ & frequentius repetitæ, quemadmodum etiam Theria-ca vel sola, vel cum oleo ligni Guajaci remixta, eximie prodest ad dolores tibiarum & pedum, referente A M A T O Lusitano Cent. V. Curat. 72. Aut recipiatur Spir. vini rectificatiss. vel spiritus Lumbricorum, in quo parum Croci & Opii dissolutum fuit, & cum linteis applicetur. Speciatim autem conducunt Unguenta & Emplastra mercurialia appropriata, partibus dolentibus applicata, ex. gr. Emplastrum de ranis Vigonis cum mercurio tam simplex, quam etiam cum nervinis & anodynibus remixtum, hunc circiter in modum: ℞. Emplasti de ranis c. quadruplo mercurii ʒij. Ol. express. Nuc. Mosch. Opii c. acet. sol. aa. ʒij. succ. Nicot. inspiss. ℥ vulg. aa. ʒj. Croci ʒvj. c. f. quantitate Therebinthi-næ M. & F. Emplastrum.

### §. XLIX.

## S. XLIX.

Si ratione dolorum osteocorum latitans quædam forte pertimescenda est caries, medicamentis ordinariis haud removenda, tunc facta incisione & integumentorum remotione, os denudari terebraque perforari debet, & quando purulenta, aut saniosa profluit materia, statim dein portio ejus corrupta aptis instrumentis vel abradenda, vel convenientibus remediis exfoliatio ejusdem more consueto promovenda est,

prout Auctores Chirurgici fusiū id demonstrant.

T A N T U M.

S. D. G.

\*     \*

Prima Ceres pingui glandem mutavit arista,  
Deliciasque dedit;  
Indignata situ campos horrere feraces  
Glandibus ante suum.

Vitigenæ Bachus laticis mortalibus usum  
Addidit in preium

Mitiget ut liquidos dulci tunc nectare fontes,  
Nos ubi cura premit.

Durus uterque Deus, si fas est vera fateri,  
Durus & implacidus

F 3

Nam

Nam cœpere leves homines mollescere vino,  
Queis modo forma perit,  
Morborum cohors inimica incumbere terris,  
Mortis & alma seges.  
**Mortiferos fructus letho lethique ministris**  
Attulit ista diu.  
Hinc coluit populus seclis melioribus artem  
Quam tulit Hippocrates,  
Illustris Pœon, Podalirius atque Machaon,  
Spesque Melampus erat.  
**Gratulor ergo TIBI, quem docto laboris**  
alumna  
Cognitio decorat.  
**Doctoris titulo longum gaudeque valeque,**  
Gratuior atque precor.

*Clariss. atque Doctiss. Dno Doctorando, Amico  
suo singulari, de præsenti optimo specimi-  
ne animitus gratulatur*

**WILHELM GOTTLIEB HESSE,**

*Philos. & Med. Doctor, Facult. Philos. Adsestor  
Extr. & Prof. Publ.*

Opponens.

---

**N**on sine divino primoribus, arbitror annis  
Nutu me junxit fors peramica TIBI.  
Non

Non quoque fortuito casu versamur Athenis,  
Hisce simul, quarum littora Sala luit.  
Lux hodierna docet quo mox, certamine facto  
TE plausu celebri gloria summa manet.  
Me miratorem digni servavit honoris  
Ac rari studii, qui sapit, ille Deus.  
Qui vero prouti fas est, efferre valebo  
Virtutes tantas? Nostra Camœna jubet,  
Quumque magis liceat perpendere quæque  
silendo:  
Hoc silet adjecto: Celsius astra petas.

JO. HENR. HESSE,  
Rei Milit. Cult.

---

En! caput autumnus gravidis nunc fructi-  
bus effert  
Mitibus & ditat, fœtibus arva suis  
Jamque Ceres canis dudum flavescit aristis  
Messis & hinc locuples falce resecta cadit.  
Soletur fessum larga ut mercede colonum,  
Præmia qui multo digna labore capit.  
Hujus ad exemplum fructus, Cognate, labo-  
rum  
Colligis & studio digna brabea Tuo.

Tor-

Tormina dum miseri scribis nocturna leprosi  
In multam noctem Te vigilaſſe doces.  
Neve doloris enim Tibi fax sed calcar honoris  
Pervigil ut ducas tempora cauſa fuit  
Gratulor hinc meritum Daphne frondis ho-  
norem,  
Messe typo messi conveniente Tuꝝ.  
Deus in ſano ſanam Tibi corpore mentem,  
Ut multis iterum poſſis utrumque dare.  
A Te nam prudens fortunæ cætera sumes,  
Sumere quæ doctus vir sapiensque ſolet.  
Hinc ſperant multi multumque levaminis ægri  
Inque Tuas laudes arca lata patet.

Hifce paucis Prænobilitiſimo, Clarissimo aequo  
ac Ductiſſimo Domino Doctorando, Patruell  
ſuo perdiiectiſſimo, ex intimo cordis adſe-  
etu gratulatur

FRIDERICVS JVSTVS FRANCK,  
Scholæ Michaelit. Collaborator &  
Rev. Min. Candidatus.

